



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

60 Constantinus cunctis jus ecclesias aedificandi conceßit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

penfionum, apponunt claufulam, quòd 60
 ducati centum remaneant liberi pro recto-
 re, & illud verbum, ¶ liberi, habet latam
 56 fignificationem, quòd fint integri fine
 diminutione deductis oneribus, & expen-
 fis in illis recolligendis gloss. in cap. gravis.
 in ver. fructus, de restit. spol. l. 1.
 & ibi Paul. de Castr. c. de fruct. &
 lit. expens. Bald. in cons. 53. in fin.
 volum. 1. & computantur respectu utili-
 tatis, quæ habetur in apportatis in
 absentia. Staphil. de grat. expectat. nu-
 mer. 64. & 65.

Si autem ¶ agatur de reparatione ec-
 57 clesie parochialis, quæ pauca indigeat re-
 stauracione, nempe, in crustatione, dealba-
 tione, in aliqua muri parte restauracione,
 & his similibus, careatque paramētis, &
 aliis ad ornatum, & usum altaris, vel sacri-
 stie necessariis, tunc parochus usque ad
 tertiam partem sumptus, qui erunt submi-
 nistrandi, taxari poterit, & condemnari,
 vel eidem parochus portio calices, para-
 menta, mappas, corporalia, & purificato-
 ria comparanda concernens, poterit af-
 signari. Quamvis enim parochus ex paro-
 64 chiali percipiat ultra ducatos centum, non
 propterea parochiani à fabrica, & restau-
 ratione parochialium sunt exempti, sed re-
 gulariter ipsi totum, vel partem contri-
 buere tenentur; & à viris pijs secularibus
 58 præcipue ¶ parochiales ecclesie, impensa
 Universitatum fabricantur. c. futuram. §.
 ab illo 12. qu. 1. cap. nemo Ecclesiam, & c. si
 quis de consecr. dist. 1.

Nam ¶ Constantinus primus fabricam
 59 templi primæ Sedis Beati Petri instituit,
 adeò ut sedem imperialem relinqueret
 Beato Petro, successoribusque suis pro-
 futuram, licentiamque per univēsum or-

bem, ¶ sub suo degentibus Imperio fabri-
 candi ecclesias concederet, ut dicto cap.
 futuram.

61 Quapropter ¶ ecclesiarum numerus
 fuit postea ab Imperatoribus, aliisque
 principibus, ac pijs viris auctus, & quoti-
 die Deo benedicente augetur. auth. ut de
 term. sit num. cler. colum. 1. quando verò ec-
 62 clesia ¶ per aliquam ædificatur, debet tan-
 ta dos ei constitui, ut presbyteri, & alii ec-
 clesie inservientes possint sustentari, lumi-
 naria haberi, hospites recipi, & jura Epi-
 scopalia persolvi, ut inquit Bart. in dict.
 auth. nu. 1. auth. ut nul. s. b. ric. orat. dom. col.
 5. & facit text. in c. 2. §. ubi autem, de decim.
 in 6. & c. 1. de præb. eod. lib.

63 Cum enim, ¶ qui altari servit, de altari
 vivere debeat. cap. ex his. 12. qu. 1. & c. cum
 secundaum. de præben. non sunt parochialium
 Ecclesiarum Rectoribus alimenta, ad eo-
 rum statum necessaria, minuenda, quia, os
 bovi trituranti non est alligandum. Deut.
 cap. 25. c. ecclesias. vers. irem non alligabis.
 13. quest. 1. & c. extripanda vers. cum igitur
 de præb.

64 Secundò casu, ¶ quando redditus pa-
 rochialis consistunt tantum in decimis, &
 primitiis, ex quibus parochus non recipit
 certum, & determinatum redditum sin-
 gulis annis, informationes summarie à
 viris non suspectis in actu visitationis sunt
 sumendæ: & anno fertili cum sterili, per
 quinquennium tunc proximè elapsum,
 calculato, ut redditus ecclesiastici calcula-
 ri, & communiter æstimari solent, ut
 post Bar. Abb. Felyn. & alios, quos citat,
 tenet Gomel. in reg. de val. exprim. quest.
 ult. si redditus parochialis annis singulis
 summam centumducatorum excedunt,
 tunc parochus modo, quo supra concur-
 rere